



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Asella Virgo. 7. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

pigellus, cælo intereà omnia alia de ipso sentiente. Cum enim socij scire percuperent, quo loco apud Superos PAVLVS esset, abruptianimo in feli-cissimos primi parentis hortos, PAVLVM illic inueniunt, qui munera (fructus miros) in singulos dis-dispertiret, simul vale omnibus diceret. Siquidem altero manè ad montem è cœnobio contendit non procul Constantinopoli situm. Ad hujus pedem cum annos aliquot habitasset, evocatus denique à DEO, velut alter Moyses, in culmen, inde facili transitu in cælum est. Ex Meneis.

Felix, quem in omni confabulatione duplex timor sollicitat, primum quidem di vine Majestatis, in cuius manus incidere prorsus horrendum; dehinc fraternalis infirmitatis, cui nihilominus perfacile est offendiculum ponere. S. Bern. serm. de tripl. custod.

S. ASELLA VIRGO. 7. Decembri.

Felix ASELLA pater, cui Superi filiam, priùs quam nasceretur, lympidâ crystallo clausam spectandam obtulere, ut jam tum animi castissimi sive candorem sive splendorem miraretur! Sed felicior ipsa ASELLA, quæ in primâ ætate Agno jam nupta thalamum in parentis domo cellam angustam, lectum terram, delicias cum sale pâne & fontanam habuit. Atque ad has nuptias post annum ætatis duodecimum, ut mundum muliebrem non inconvenientem sibi pararet, torquem aureum, quem pro more familij (nobilissima erat) è collo pendulum gestabat, clam vendidit, emitque qualém à matre exorare numquam poterat, vilem & pulli coloris vestem, omnibus hac testata jam mundo se mortuam esse. Ita deinceps unius Christi amoribus vacare, hunc

Cc Lacrimis

Iacrimis poscere , anhelare gemitibus , precibus orare, jejunii cogere ; domo interea nisi ad tempia, numquam pedem efferre ; verbo ut genibus ita vitæ consuetudini callum obducere , jamque raro miraculo inter medias mundi turbas sola age-re, & patrias ædes sibi in monasterium vertere. Constitit interea corpusculo et si tam malè habito, sius nihilominus vigor & integra semper valetudo, ut videres non tam asperitatem vitæ , quam de-licias obesse. Obiit anno partæ salutis cccc. l. Vitæ laudatorem habuit Hieronymum; imitatorem quem nunc. Ex D. Hier.

Beati qui in Domino vigilant cum sobrietate & castitate: protegentur enim ab eo in iudicij die, & ut sponsi comites atque amici cum gaudio & letitia eum sequentur & aspicient. S. Ephrem in Beatitud.

S. AMBROSIUS EP. 7. Decembris.

AM B R O S I I infantis osculum apes ajunt inse-disse, verissimos ejus eloquentie vates. De-
promptis sanè, cùm libuit, ore suo melos, & hoc a-deò ipsum Augustinum inescavit, ut qui à Mani-
chæis venenum hucusque hauserat, ex ore dein-
ceps AM B R O S I I mel legeret. Episcopum Medio-
lani prodigiosus præco infans proclamavit. Di-
centi ad populum astare bonum Angelum ipsi
hæretici viderunt & inviderunt. Inter hos mul-
tum illi negotii Arriani, plus Imperatrix Justina,
latrones, magique, plurimum dæmon malus fe-
cit, sed incassum omnes. Majestatis Pontificie
memor, neque majestatem Imperatoriam exhori-
runt. Itaque Theodosium ob eadem Thessalonici-
ensem publicè reum non nisi post publica pœnali-
tentis animi signa templo pedem permisit inferre,

illud